

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Tria Monita: Primo anno Scholæ & magisterij sibi attendendum: non  
minuenda opinio de Sanctitate Ordin. vel Congregationis, ob defectus  
aliorum: occupationes distractiuæ non impediunt profectum in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

sed etiam sibi loquuntur, aut scurrilitas que ad rem non  
 pertinet. Vbi enim fornicationem, immunditiam atque  
 auaritiam texunt, ibi etiam indifferenter scurrilitatem  
 & scatologum nominant, ut manifeste detur insin-  
 uig, lingua malum grauisimum criminibus in offensione  
 coniunctum, à quib[us] in ipsa non est prohibitione dis-  
 cresum. Quid autem vaniloquio potest esse deterius,  
 quod non modo per semetipsum infeliciam animam le-  
 ibalicer grauit, sed & ipsam honeste vite religionem,  
 qui honorem Deo turxit, enarrat a cōbo testante, qui  
 ait: Si quis putat se religiosum esse, non refranet linguā  
 suam, sed seducens sor suam, huius rana est religio. Quis  
 b[ea]tū nōmīnūm verbi luce clariūr constat, quia in mī-  
 lum omni[n]a nostra religio redigitur, nisi solerit in-  
 moderate lingue laetitia compescatur. Quirarus ait:  
 Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Si viri  
 perfectio in verbi custodiā ponatur, profectio patet, quia  
 per effrenata loquacitatis incuriam, omnis etiam et-  
 iam perfecta vita compositio dissipatur. Et I. epist. 2.  
 Cum veritas dicat, V[er]o vobis qui ridetis, quoniam fle-  
 bus, quid in tremendo iudicio dicturi sunt, qui non so-  
 lum offendit (hoc est indecorē, omnium dissolu-  
 tū), sed insuper scurrilia proferentes, risum audiēnti-  
 bus violenter extorquent. Verum enim uero cū  
 improbat scurrilitas, non vetatur religiosē  
 Conf. 13. laeta conuersatio. Nam, vt benē monit S. Basilius,  
 v[er]o si visu inciderit aliquando, vt remittenda ali-  
 quamculūm tristitia causa sermone ad hilaritatem ex-  
 cuitemur, danda omnino opera, vt spirituali lepro re-  
 ferta sit oratio nostra, & Euangēlico sale condita, vt  
 recte que interius sit, sapientia gratum foras odorem  
 aspiret, dupliciterq[ue] auditore, & animi relaxatione,  
 & intelligentia secessitate delectet.

Quarto, oculorum caritatis validē vitanda  
 est, præsertim extra domiciliū religiosum, &  
 in templo. Nullum esse in homine memoriū quod uia  
 cordi satisfaciat, atque correspōdeat, v[er]o oculū, dixit  
 Deus Pater S. Catharina Senensi. Et idēo forte  
 S. Chrysocolum appellat, membrum animi. Et  
 Ptolemy in sua historiā scripti, animum in oculis  
 habuitare. Hoc sciens demon, inquit S. Cyprian, offert  
 oculū formā illuc, & faciles voluptates, vt visu der-  
 179. struat castitatem. Ideo præmonuit Eusebius E-  
 milianus: Quām facile potest in p[re]dicto tempore euā-  
 gari velocitas oculi, tam sollicitate precauenda est inuen-  
 tū noxi delicti. Quām ob ea lām custos & Do-  
 minus ac Rector nostrarū animarū Deus, &  
 per Sacram Scripturam, & per scripta San-  
 ctorū, vetus, curiositatē oculorum. Non  
 commēmerabo notās omnibus hac de re Dei  
 & Sanctorū sententias. Illud, mihi visum est  
 semper mirabile, quod in Regulā in arte diui-  
 nitatis incisa, & per Angelum S. Pachomio mis-  
 sa, statutum fuerit: Ne Frater Fratrem, etiam man-  
 ducentem videret, nec extra quadram & mensam  
 vsquam alio oculos conuerteret. Si talis in colo, oculorum euagatio, Deo displicet, quantō magis  
 alia periculosa: dum eo ferrut aspectus  
 oculi, quo desiderium animi ferri fas non est.  
 Ideo benē monebat B. Laurentius Iustinianus,

Nullam rem Monachum aspicere debere, in hoc seculo,  
 qua desiderium illius teneret.

Porro inter res, quae per oculos ad cor trans-  
 mittunt acria & periculosa desideria, sunt facies  
 formole, sexus cuiusvis. Nam, vt scribit S. Hieronimus cap. 3.  
 semel species forme, cordi per oculos alligata, vix ma-  
 gni lucidaminus manu solutur. Captiuat enim me-  
 tem, excitando amorem. Amantibus, inquit Arius cap. 12.  
 stoteles, amabilissimum est ipse aspectus, & quid bin-  
 maximè exsultat & oritur amor, numitum exsiccatus  
 forma & speciei elegantiā. Decor enim, vt ait Terentius  
 tullianus, naturā suā libidinis initiator est. Ideo fons sōminis  
 omnis puritatis Beataissima Virgo Maria, docuit I. R. C. S.  
 S. Brigittam, inter detectandas res, & maximè  
 vitandas, etiam hoc esse: Si quis concupiscat vide  
 pulchras facies. Quocirca, benē monet S. Gregorius  
 Papa: Proutidendum nobis est, quia inuicti non decet, cap. 2.  
 quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in co-  
 gitatione serueretur a lascivia voluptatis sue, deprimenti  
 suis oculis quasi quidam raptiores ad culpam. Ideo S. Thomas Aquinas, q[uo]dnam diminutus liberatus  
 fuerit, ab omni impunitatis lensa, ita tamen a-  
 vertebat oculos a formosis vultibus, quemadmodum alij solent fugere viperas & scorpio-  
 nes. Hunc imitare, ubi noli fidere, non es Daui-  
 de sanctior, nec ita commendatus à Deo, vt i-  
 fuit ille, vir secundum cor Dei, qui tamen formā  
 pulchra specie illucus, & adulterio diuturno,  
 & homicidio se contaminauit, quāmvis ad re-  
 medium concupiscentiae, decem tunc vxores  
 habuerit, teste Scripturā 2. Reg. 15. 16. immo, vt Salomon  
 scribit Pineda cūm aliis, plures adhuc, nimirū  
 octodecim vxores habuisse putetur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM

Continet tria alia monita: Primo anno  
 schola sibi attendendum: Non minuen-  
 da opinio de Communitate, ob defectus  
 aliorum: Occupationes distractiue non  
 non impedit profectum in virtuti-  
 bus, si seruentur anteā dicta.

**M** Onitum Decimum. Certò scias multos pati-  
 mu[n]tūm naufragium denotionis & pietatis, primo  
 anno philosophia, & primo anno Magisterij. MO  
 Quocirca his maximè annis, admicendum, ne  
 res ad diuinum cultum spectantes, vt sunt, Me-  
 ditatio, Examen, Spiritualis lectio, Communio,  
 omittantur: & ne repide ac negligenter expé-  
 diatūr. Qui à Deo optat se iuuari, inquit S. Basilus, Const.  
 i[us] nūquām deserat, quod se addēct officium suū. Qui mon. c. 2.  
 autem hoc facit, si Diuino auxilio nūquām desistatur.

Quapropter danda est opera in eo, ne v[er]ā in re consciē-  
 tia nostra nos condemnem. Ad quod conductet plu-  
 mūm, si his duobus periculis annis, eoru[m] con-  
 versationem & imitationem magis amuleris,  
 qui præ ceteris videntur magis spirituales & ex-  
 emplares. Velocius sequere, monet S. Chrysostomus cap. 4. h. de  
 res attrahere, pigros defere, fortiores fortiter imitare. Cuius fide, spe &  
 enim quod desiderat peruenit, qui velociores sequitur, & charit.

1.3. de ira.  
cap. 8.  
ep. 9.4.

veretur ne à tardioribus transeat. Elige, inquit, Se-  
neca, simplices, faciles, moderatos. Nulla enim re magis  
animus honesta induit, ait idem alibi, dubiosq; & in-  
malum inclinabiles reuocat ad rectum, quām bonorum  
virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pe-  
ctora & vim preceptorum obtinet, frequenter audiri,  
aspici frequenter. Occursus ipse sapientum iuuat. & est  
aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Non  
drebendes quemadmodum aut quomodo conuersatio  
sibi sapientum profis, profusus drebendis. Sis simi-

In Lauf. 5.  
30.

lis magno illi Macario Alexandrino, de quō  
scribit Palladius: Si quod opus exercitationis aliquem  
vñquam fecisse adiuvit, omnino id ardenter efficit. Sed  
eae, prætextu profectus, majorum te, & tio-

1. de anim.

nanciorum alii, patrocinia quāras, à quibus  
optes ad altiora & specioꝝ promoueri. & in-  
star vitiis adhuc humi repentes altas vlm̄os, ad  
tui patrocinium prensare. Video item, inquit  
Tertullianus, adhuc teneram & impuberem, intelli-  
gentem tamen iam opera sua, & volentem alii ad  
adherere, cū inmixa, vel immixa proficiat, (per pro-  
motiones ad specioꝝ) denique non expeditā rufi-  
ca disciplina (scilicet cultura preceptorum vineꝝ,  
per humilitatis officia, velut per rusticā vitium  
culturam, suos ad perfectionem eleuantis) sine  
arundine, sine corno (patronorum) eis non conce-  
fōrum à maioribus) si quid attigerit (ambienſ fa-  
tuos patronorum) vltro amabit. & quando curioſius (id est efficacius) amplexabitur, de suo ingenio  
(ingeniosa artificia adhibens ad conciliandos  
sibi patronos) quām de tuo (o Superior, o Pater  
Spiritualis) arbitrio, properat esse ſecura, dum per  
politicas industrias ac patrocinia cupit alluge-  
re. Tibi nunc ſatis erit ſine patrociniorum per-  
nicioſo ambitu, bona qua videris exempla, in  
condiscipulis tuis melioribus, exactè imitari &  
conuerſari cum melioribus.

1.3. Offic.

cap. 4.3.

Plurimum enim prodest, inquit S. Amb. l. 2. Offic.  
c. 20. vnicuique bonis iungi. Cum sapientibus & pru-  
dentibus traxit, monerit Spiritus S. Eccl. 9. Nam qui  
cum sapientibus graditur, sapiens erit. Prou. 18. ami-  
cus stultorum simila efficietur (solo & puro deſide-  
rio proficiendi in literis & morum probā ho-  
nestate) præfertim cum maturioris ætatis perſo-  
nis. Ideo S. Ambrosius, cum verecundiā ſtudium  
commendasset adolescentibus, & vt à verecundiā pri-  
ma fundamenta ducantur, ſubdit: Sequatur conuer-  
ſationis electio, vt adiungamus probatissimis quibusque  
senioribus. Namque vt aquallum vſus dulcior, ita ſe-  
num uitor est, qui magisterio quodam & ducta vita,  
colorat mores adolescentium, & velut murice probita-  
tis inficit. Namque ſi hi, qui ſunt ignari locorum, cum  
ſoleribus viatuum iter adorari geſtunt; quāto magis  
adolescentes cum ſenibus debent nouum ſibi iter aggre-  
di, quod minus errare poſſint, & à vero trahite virtutis  
deflectere. Nihil enim pulchrius, quām eodem & ma-  
gistros vita & reſtes habere. Et alio in loco: Pluri-  
mum prodest vnicuique, bonis iungi. Adolescentibus  
quoque vtile, vt claros & sapientes viros ſequantur:  
quoniam qui congradientur sapientibus, sapiens eſt; qui

autem coheret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad inſtructionem ita que bona iungi plurimum pro-  
ficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim  
adolescentes, eorum ſe imitatores eſt, quibus adhaſerint,  
& ea conualeſcit opinio, quod ab his viuendi acceperte  
ſimilitudinem, cum quibus conuerſandi haſerint cu-  
piditatem. Quocircā monuerat Spiritus S. In mul-  
titudine presbyterorum prudentium ſta, & sapientia  
illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem  
Dei posſis audire, & proverbia laudis non effugiant à  
te. Et ſi videris ſenatum, euigila eum & gradus o-  
ſtorum illius exterat pes tuus. Quod tanti fecit S.  
Pachomius Abbas, vt inter monita suis ante  
mortem relicta, hoc vnum fuerit: Cum illi con-  
uerſemini, quid Dominum meruit, & poſſant prodeſſe  
vobis conuerſatione sanctā, & animabus vestris spiri-  
tuali praebere ſolatia. Quin Ethnicus Seneca mo-  
net: Cum hi verſare, qui te melioreſ facti ſimi: il-  
los admittit, quos tu poſtes facere meliores. Mutuò iſta  
ſunt, & homines dum doceant, diſcent. Alias ſi con-  
uerſabere cum viuentibus libertiū, habens, &  
negligens meliores, iuſtam incurrit illam S. ep. 16 ad  
Hieronimi cenzuram: Qualis quisque eſt, talium Principi-  
consortio delectatur. E contrario, conuerſando  
cum melioribus, & tu bonus euades. Hinc cum  
quidam interrogasset Abbatem Paylori, diſcep-  
tum. Quid facio anime mea, quia inſenſibilis facta eſt,  
& non timet Deum? dixit ei. Vade & iungere timenti  
Deum. Et cum illi inhaſerit, doceberis & tu timere  
Deum. Tales optabat Eugenio Papæ, vt ſcribit,  
S. Bernatdus, Sua vita cuiſodes & reſtes, qui, ſi vellet  
aliquetem deuiae, non ſinerent: frenarem precipi-  
tem, dormitantem excitant. Quorum reverentia ac  
libertas, exſolentem ſe reprimere, cadentem erigere:  
quorum fides ac sanctitas, ad queque ſanctā, queaque  
honestā, ad queque pudica, queaque amabilita, & bone  
fame provocare.

Tales S. Basilius ait mysticè appellari in Scri-  
ptura, Cœros: Vox Domini preparans ac perſi-  
cens cœros. Quando, inquit, aliquem Dei hominem  
perfictum & abſolutum viderimus, vtilitatem ex eius  
congregatu & conuerſatione ſeſtemur. Nam ubi cœri  
preſentia eſt, omnium ibi ſerpentum malitia fugatur.  
Odorem cœri nulla ferunt animalia venenata, quan-  
do vel ad ſuffitum cornu cœriū ſeſcedunt reptilia.

M. Cato monere ſolitus eſt emptoruſ agru, viderent ante oīnia, num bonos habituri eſ-  
ſent vicinos. Idem monitum necessarium eſt,  
conuerſaturis cum aliis, vt ad bonos ſocios, tan-  
quam ad bonos vicinos, accedant, ne mala con-  
ſuetudo, & colloquia noceant. Hinc illud The-  
mistoſclis apud Plutarchum, qui prædium ven-  
dituris, hoc præconem proclamare iuſſit, quod  
vicinos haberet bonos. Quod ſi queras, unde cogno-  
ſci poſſint boni? Respondeo, ex sermone & mori-  
bus: ſicut is qui fert aromata, etiam ſi nolit, ſex odo-  
re prodiuit, inquit S. Climacus; ita & qui Dei ſpi-  
ritum habet, ex verbis ſuis atque humilitate propriā  
agnoscitur.

Portò optimus conuerſationis cum bonis  
ſru-

fructus iste erit, si alter alterum in defectum aliquem habi solitum, amicè admoneat. Hoc S.P.N. Ignatius commendare solebat bonis sociis. Et laudat S. Chrysostomus hunc morem in secularium aëibus, suo tempore obseruatum, dum vir obseruabat uxorem, uxor virum, ne in precipitiis periret ruerent, & multa grauissima esset constituta prauriaturis, nec pudor esset dominum à seru redargui, aut seruos à dominis castigari: & dominum ipsiusmodi recte Dei Ecclesiam appellandam esse. Vbi enim tanta modestia, vt solum sint coniuge de diuinis legibus, aliisque cum alio super hoc contendat, certum est, demonem inde & quamlibet malam potentiam eliminatam esse; Christumque adesse letum ac hilarem, de illa pulchra inter seruos suos emulacione, omnemq; illis elargiri beneficium.

182. Monitum Undecimum: ob defectus, quos videbis in Communitate fortè maiores & frequenteres, quam in Nouiciatu, ne parui æstimes tuum Ordinem, ne tibi conveniat id quod scriptil S. Isidorus Pelusiota S. Chrysostomi discipulus, & multorum Monachorum Abbas cundam Agathodæmoni. Obduristi. Monachorum ac Sacerdotum vitam perscrutans, atque eiusmodi in eâ statim, qui ab omni peccato alienus sit, querens. Quod quidem solus Dei est, nec qui id consequatur, mortuum quisquam est.

Cur autem tuum Ordinem ob defectus aliorum non vilpendere debeas, hæ sunt causæ.

183. Primo, Quia non videbis æquales peccatis Thes. p. q. tot Angelorum, nec tot peccantes, quot peccant in celo. Nam eorum tertiam partem, in Cœl. coll. infernum destruam esse docent aliqui, & propter 2. cap. 8. S. Thomas, & Cassianus, & putant significari illo Apocalypses loco c. 1. 24. In quo S. Iohannes dicitur caudâ draconis tertiam partem stellatum cœli extractam in terram. Quod etsi in certum esse doceant Soarius & Valquez, & alij, Notaric, tamen certum est, ingentem eorum numerum Lan. cecidisse, vt ait S. Gregorius Nazianenus car. fulciamo. 6. & Theologi. B. Laurentius Justinianus, Ipsi- c. col. 1. rum partem maximam corruisse putat. Benè ergo sentias de tuo Ordine & domicilio, etsi in eoplores & maiores, quam in Nouiciatu, videres defectus: cum non sint tam felices, vt erant illi Angeli ante peccatum, carnem peccatorum formitem non habentes.

Secundo, Non videbis in tuo Ordine talia peccata qualia commiserunt Apolloli iudas, Petrus, Thomas. Sicut ergo eorum peccata nō prædicante sanctitati Collegij Apostolici, ita multò minus prædicare debent tui Ordinis sanctitati, minora quæ videbis peccata in eo.

184. Tertio, Quia inter Apostolos, etiam post acceptum Spiritum sanctum, adeò copiosum, qualis nulli nostrum datus est, contigerunt defectus, tam craſsi, vt eos Deus in S. Scripturâ voluerit esse defcriptos, ad instructionem incautorum & solatium ex humanâ fragilitate.

peccantium. Inter Paulum & Barnabam Apo- 183. stolos (qui simul volebant idem iter facere) 37. 38. 39. tanta est facta dissensio, vt discederent ab iniucem; & quidem eam solam ob causam, quod Barnabas veller haberet comitem eiusdem itineris Ioan- niem Marcum, ibi praesentem, quem Paulus no- lebat, ex quadam indignatione, quia discesserat ab eis alio, & non iuit alias cum eis, quando eundum erat. Et quamus Interpretes excusent hic Apostolos à delicto (vti charitas, & debita erga eos reuerentia tubet) tamen aliqui agnoscunt culpam aliquam venialem, vt Salmeron, & Luminati affectus, ac irę inflammationem, vt Lorinus & Mariana, & Saz; & indicat Graeca dictio παροχετηρις, quæ propriè significat exceden- tia, & acrem disceptationem, & in febribus apud Galenum, augmentum fœcum febris. Et lib. 1. ad Glau.

quamus eadem vox Graeca, in bonam partem su-

matur in epistolâ ad Hebreos, alibi tamen in

malam partem sumitur, videlicet in epistolâ ad

Ephesios, vbi accipitur pro iracundia, & psalmo

94. pro exacerbatione, & Act. 17.

Quocircà S. Augustinus ait fuisse rixam pa-

cii contraria (sed non que interimeret chari-

tatem, & occideret concordiam, inter Paulum

& Barnabam, & S. Thomas agnoscit, in iis ve-

ram dissensionem opinionum, repugnanciam paci per-

fœcta. Et alibi, agnoscit hanc dissensionem fuisse

discordiam, & pertinuisse ad defectum humannum. Et

S. Macarius diceret a se, Petrum reprehensam esse

à Paulo, quia reprehensibilis erat: Et Paulum altera-

tionem in iussione cum Barnaba, & exacerbatos discessisse

ab iniucem. In Apostolâ inquit S. Cyrillus Hiero-

Catech. polymitanus, inuenta est proditio, & miraris, si in

Episcopis (idem dic de Religiosis, qui non tenen-

tur esse tam perfecti, vt Episcopi) fraternum

odium reperiatur: Sed non modo de Principib; hoc si-

gnum, verum etiam de populo. Dicit enim: Propter

multiplicationem iniquitatis, refrigerescit charitas mul-

torum. Idem Paulus restitit Petro (& quidem

tunc Vicario Christi, & Superiori suo) & non 14.

similat, vt volunt aliqui, sed vere, & ex ani-

mo, vt colligunt aperte ex Scripturâ, & do-

cent S. Cyprianus, S. Ambrosius, S. Augusti-

nus, S. Gregorius, & omnes interpretes Latini,

veteres ac moderni, cum nostro Cornelio, con-

tra Baronium. Restitit autem Petro, quia, vt

Scriptura loquitur, per Paulū, reprehensibilis erat,

& gentes cogebat iudicare, & non recte ambulabat

ad veritatem Euangeli. Has enim ob causas, Pau-

lus Petrus coram aliis reprehendit. Et tamen

his non obstantibus, erant ambō magni San-

cti, & Collegium Apostolorum erat sanctissi-

mum. Et tu, in nullo nostro domicilio un-

quam videbis defectus, his maiores. Bonam 185.

ergo de omnibus opinionem retine, vt quivis In Ps. 44.

nostrum, non obstantibus his Apostolorum de- & lect. 3.

fectibus, optimam retinere deber opinionem de

in cap. 11. Apostolis, eò quod, vt docet S. Thomas, nullus Rom. &

lect. 5. in

Sanctus potest comparari, nec ad aquari Apostolis; qui c. 8. Rom.

vt idem alibi ait, præ omnibus Patriarchis & Prophetis abundantiam gratia habuerunt. Inde, vt alibi dicit, præ omnibus aliis Sanctis, quacunque prærogativa prefiguntur sine Virginitatis, sine doctrina, sine martyrijs. Et Abbas Theonas Apostolos ait electionis merito, bonitatem generis humani, multis excessione modis.

186. *Quario.* Quia Christus etiam prævidens Sanctos maximos (sola Beatisimam Virgine Mariam excepta) peccatis fore obnoxios, & præmuniens nos, contra hæreticos Pelagianos, qui doctrinari erant, Sanctos viventes, non peccare in oratione, quam ipse docuit, dici voluit ab om-

Mil. can. nibus: *Dimitte nobis debita nostra*; quod dicendum  
6.7.8. est, etiam à Sanctis, non tantum ex humilitate,  
Trid. f. s. sed verè, sub anathemate definitum Concilium  
6. cap. 11. Mileitanum & Tridentinum. Ideoque S. Iohannes  
1. locat. 3. de se & sibi similibus scriptum reliquit Deo  
reuelante: *Si dixerimus, quoniam peccatum non ha-*  
*bemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*  
Quæ verba citans & ponderans S. Iludorius Hil-  
palensius: *Quamus, inquit, in hoc seculo magna ius-*  
1.2. sent. *tia quisque claritate resplendeat, nunquam tamen ad*  
cap. 18. *purum peccatorum sordibus caret.* Et S. Iacobus A-  
Iac. 3. 2. *postolus dicit: In multis offendimus omnes. Quid*  
ergo mirum est, si in communitate numerosa,  
inferioris virtutis, quam fuitur Apostolorum in  
multis, et si non omnes, saltem aliqui, offendunt,  
etiam grauter: *Gloriatur quis ex his qui ad-*  
Catech. *fant, inquit S. Cyrillus Hierosolymitanus, non*  
15. *simulatam se erga proximum tenere amiciam: Non-  
ne perspicebatis amarum, & vultu correditur, & oculi  
apparent hilares, cor autem necit dolum, & machina-  
tur mala, loquens pacifica?*

*Quoniam post Apostolos, etiam in magnis Ecclesiis Sanctis, etiam Ecclesiæ Doctoribus, erat defectus similes nostris.* S. Cyprianus Martyr Cyprian. caput S. Stephanum Papam Catholissimum, epist. 74. & defensum in hoc à S. Augustino. Quomodo Aug. l. 5. inter se contendent? & quidem acerbè, S. Aquila. con. Don. gustinus & S. Hieronymus, indicant eorum epistole, S. Augustini epistola 10. apud S. Hieronymum epist. 88. 89. Et Hieronymi epistola 91, 92. apud Augustinum 11. 14. S. Epiphanius, ita dissidebat à S. Chrysostomo, vt ab initia- tuis, ad diuerandum in dominis Ecclesiasticis, ingressus Constantinopolim, id recusarit, fugiens conlortum cum S. Chrysostomo tunc Constantinopoli manente: quemadmodum scribit Sozomenus. S. Chrysostomus autem in hisc. 1. 14. ccepuit S. Epiphanium, tanquam violatorem Socri. l. 6. Canonum Ecclesiæ, & ob id adeo illi minatus Baron. est populi tumultum, vt perculsus metu S. Epiphanius discesserit ab Ecclesiâ, ybi S. Chryso- stomum grauius inclusuerat, vt scribit Socrates, & Baronius.

S. Basil. *perculsus animo est*, quod apud S. Greg. Nazian. paulo liberius scribentem, videatur esse concepiti, dolens plurimum se ab eo vilipendi, ac pro nibilo prorsus haberet. De quo se purgat Nazian. Ep. 10.

S. Gregorius Nazianzenus epist. 35, apud S. Basilium, sic ad eum scribit: Non cessas nos male-dicti impetrare, tanquam imperitos rudes, & ne qui-dem vitâ dignos propterea quid commemorare ausi-simus, quod persepsi sumus. Et Ep. 34, & 40. Basilium catpit. E contra. Basilius cum ex postulat ep.

44. quod ad eum finxerit Epistolam, quasi nomine Patri scriptam. Et ep. 53. ad S. Athanasium scribens ait: Se eius minas admodum ridere. Idem Basilius Epist. 10. Episcopos perstringens. Quid dicas?

pit. 10. Epilocos peritringens Occidentales, & Romanum Pontificem, sic scribit: *Quale nobis auxilium, ab Occidentalium supercilio, & fastu aderit qui veritatem neque norunt, neque dicere sustinent; ye-*

rum falsis opinionibus prepediti, illa nunc faciunt, quae prius in Marcello (Ancyrano Hæretico quem Epist. 74. questus est admisum ad communionem) patrarentur nequa cum iis, qui venit eam infun-

nem patrarent, nempe cum iis, qui veritatem ipsius annunciant, contendentes heresim per se ipsos stabiliunt. Si in aliquo est suis Superioribus, aliquis, parum consideratus, obseruaret talia, Deus bone, quid

non diceret coram suis confidentibus? Et tamen talia, in primatibus S. Ecclesiae Doctoribus, viris sanctissimis, sine praetudicio eximiis eorum sententias acciderunt. Et sub his, non

rum sanctitatis, acciderunt. Et adhuc plura talia leguntur tum in eorum libris, tum in historiis Ecclesiasticis. Si quis nunc nostrum, de aliquo suo Superiori ita scriberet ad amicum, vi

scripsit S. Paulinus ad S. Seuerum Sulpitium,  
carpens Siricium Papam, sibi contrarium, & in-  
culans eius discretionem superbam, & Cleri Romani  
contra se odiorum flammanum, excedentem inuidiam.

contra te daturum suam manum, & frenum etenim suum, iniquitatis suorum conscientiam, ipsam se erubescensem, eiusque mortus inuidia, & faces liquida mentis: (quæ omnia sunt verba S. Paulini) Deus bone, totam

perderet opinionem virtutis; & tamen S. Paulinus dum hæc scriberet, sanctus fuit, & à Baronio, ac eius commentatore nostro P. Francisco Sacchino, iuste scribitur de Siticio questus. Si-  
No-  
Pet-

mili ergo modo etiam aliorum dicta & scripta  
acerbiora, quoad speciem, in bonam trahenda  
sunt partem, sine praetudicio illorum virtutis &  
falsitatis. Quod si hinc s

fame, & sine contemptu Ordinis, tales intrahum suum fouentis. Quod ponderans Baroniūs, Videas, inquit, sanctos viros interdum haud omnino in omnibus rationi consentanea commoueri, & 294

quod natura est facere. Nam, ut ait S. Gregor. *Sunt in quædam peccata, quæ quandiu in hac vita viuitur, et periam à perfectis viris, aut vix, aut nullatenus declinatur.* Hoc est enim sancti nici elevatio; — quæd in hac vita

*itur. Hanc enim sancti viri auctoritate, quia in hac vita operire debeant. Quia omnino est impossibile, ut in locutione, aut in cogitatione etiam, nāquā delinquant.*

tempora quis dubitat sanctissimos fuisse , & esse ad hunc diem , Ordines S. Benedicti , S. Bernardi , & S. Dominici , & S. Francisci , & omnibus saeculis protulisse viros sanctissimos . utri-

ibus laetis produntur viros lancinantes, & usque sexus, ob inquit multiitudinem, & varietatem, cum incredibili S. Ecclesiae & Reipublicae Christianae bono coniunctum, hi Ordines merito appellari possunt, Seminaria Sancto-

## V. DE MEDIIS CONSERVANDI SPIRITVS.

413

S. Augustinus. Deinde verum est , quod ait S. Hieronymus : <sup>1. aduen.</sup> Paucorum culpa non praeditat Religionis. Praterea nec tot dimissorum aut dimitti solitorum multitudine, quicquam timoris , aut malae de nostra viuendi ratione opinios in generare debet. Primò quia pauciores è Socie

generate debet. Primo, quia pauciores e Societate deficitur, quām defecerint mali Angeli de celo. Et ad hanc defectionem contemndam, valet illud S. Cyrilli, loquens de Angelis pccantibus, quod nos applicare possumus ad deficients sub cientes a nobis: *Quid est, quies, quod te vehementer ha-*  
*bit?* I. in Ge-  
*facit tristari, quia fortasse aliquis ob insolentiam, felici- ness. sub*  
*tatem amiseruntur sancti plures, qui meliore apud.*  
*Deum obtinent statum, eiusque mansuetudine repletis,*  
*longis assiduisq; laudibus cum esserunt. Secundū, quia*  
*hoc ipsum est incitamentum, ad magnificen- tiam Societatem, quia Deus purgando eam à*  
*dyscolis, reddit meliorē & pulchriorem. No-*  
*lite, inquit S. Augustinus, propter amaricā, quā ep. 137. ad*  
*oculi vestri offendantur, torcularia detestari, vnde apo-*  
*Cler. &*  
*thee. Dominica fractu olei luminosoris implentur, pop. Hip.*  
*Sic & S. Chrysostomus, cūm monuisset, Sacer-*  
*dotium propter Sacerdotis malitiam damnatum*  
*non esse, nec ob proditorem Iudam Apo-*  
*stolorum Collegium; nec artem nauigandi,*  
*ob imperiti nauarchi naufragium; nec medici-*  
*nam, ob medici erratum; subdit quod ad rema-*  
*nostram facit, verbulo tantum mutato: Si Chri-*  
*stianus fuerit improbus, ne incusas professionem, sed re-*  
*bonā male viventer. Non miretur ergo, inquit Ab-*  
*bas Piammon apud Cassianum, peruersos atque Coll. 18.*  
*exercabiles quoque, sanctorum virorum numero infer-*  
*tos latitare, quia dām in hūtū seculi areā consulta-*  
*mur, atque cōterimur, necesse est etiam paleas igni per-*

*petuo deputandas, inter electissima frumenta misceri.*  
Similia his habet etius discipulis S. Iudeus Pe-<sup>l. 1. 2. ep. 52.</sup>  
Iudeo, & S. Nazianzenus or. 14. & S. Hieron. & l. 3. ep.  
l. contra Eluidum sub finem, & Theodoretus <sup>242,</sup>  
l. 12. cont. Gracos.

Dentique fides Catholica docet nos, Ecclesiam  
Catholicam esse sanctam, & hac inter alias notâ  
distingui ab aliis hereticorum sectis: & tamen  
quis nesciat innumeris partibus plures in eâ el-  
li improbus quam probos, ne quidem millesi-  
ma proportione conferendos, & quidem sum-  
mè & profitatissimè improbos, tam multis, &  
tam enormibus sceleribus coinquiatos, qualia  
non reperiuntur in vlo religioso Ordine, in  
quo tandem longè maior est numerus hono-  
rum quam malorum. Ideo merito Christus Riber. l. 1.  
Dominus dixit S. Terefesie: *Ne mundo, si non essent cap. 12. in*  
*religiosi etiam si aliqui Ordines laxassim. Quos me-*  
*ritò S. Cyprianus appellat, Ecclesiastici gerimus*  
*deus, & ornamentum gratia spiritualia. Si ergo Ec-*  
*clesia ex pluribus malis, quam sub boni compac-*  
*tata, sancta est, multò magis religiosi Ordines,*  
*ob maiorem numerum bonorum sancti sunt,*  
*& pro talibus haberri debent: quia, ut ait S.*  
*Gregorius Nazianzenus, sunt Ecclesie pars selec-*  
*tior & sapientior. Sunt, inquit S. Augustinus, &*  
*Or. de laud. Bas.*

In PL. 132. Monachi falsi. Et nos nouimus tales, sed non periit frat-  
teritas pia, propter eos, qui profiteruntur quod non sunt.  
Tam sunt enim Monachi falsi, quam & Clerici falsi,  
& sudeles falsi, omnia ista tria genera, fratres mei, que  
aliquando vobis commendauimus, habent bonos suos,  
habent malos suos.  
De tribus enim istis generibus dicimus est: Duo in agro, unus assumetur, & unus relin-  
quetur: & duo in lecto, unus assumetur, & unus relin-  
quetur: Et duo in molendino, una assumetur, & una re-  
linquetur. In agro sunt qui gubernant Ecclesiam. Unde  
Matt. 14. dicit Apostolus: (videte si non in agro erat) Ego planta-  
ui, Apollo rigans, sed Deus incrementum dedit. In lecto  
autem eos intelligi voluit, qui amauerunt quietem (per  
lectum enim quietem voluit intelligi) non se miscentes  
turbis, non tumultui generis humani, seruientes Deo, &  
tamen unus assumetur. & unus relinquetur: sunt ibi  
probi, & sunt ibi reprobi: duo item, in molendino, quia  
in isto mundo versantur, ubi molendino intelligitur,  
quia sic veritur mundus iste, quomodo mola: & enim  
quos conserit: sic ibi versantur fideles boni, vi una ex eis  
consumatur, altera assumatur.

*S. de de-*  
*dic. Eccl.* Quocirca quod olim S. Bernardus dixit suis  
Fratribus, idem quilibet nostrum debet dicere,  
quia potest, de aliis focus: Habent lapides templorum nostrorum utique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An vero corpora vestra sancta esse quis dubi-  
tet, que templum S. Spiritus sunt, ut sciat unusquisque posidere vas suum in sanctificatione. Itaque sancta sunt anima propter inhabitantem Spiritum Dei in vobis: sancta sunt corpora, propter animas, sancta est & propter corpora, domus. Adhuc certe corruptibili tene-  
batur in carne, & in corpore peccati, in quo & graue adulterij crimen admisit, illius anima qui dicebat: Cu-  
stodi animam meam, quoniam sanctus sum. Mirabilis plane Deus in Sanctis suis, non modo in coelestibus, sed etiam in terrenis. Vt ratione Santos habet, & in virtutis, mirabilis est: illos quidem beatificans, istos sanctificans. An experimentum queritis eius de qua loquimur sanctitatis, & Sanctorum vobis istorum miracula defide-  
ratis ostendi? Multi certe ex vobis a peccatis & virtutis, in quibus compuerunt, tanquam iumenta in stercore suo, exiere viriliter: & quorundam impugnantibus eis po-  
tentia resistunt, iuxta Apostolum qui de sanctis loquens  
utique, Conuauerunt, inquit, de infirmitate, fortis facti  
sunt in bello. Quid mirabilis, quando is qui prius vix  
per biduum poterat a luxuria, erupulis & commissationibus & ebrietatis, a cubilibus & impudicitiis, ceterisque similibus & dissimilibus virtutis contineat, nunc  
ab eis continet multis annis, tota utique vita sua? Quod  
maius miraculum, quando tot iuuenes, tot adolescentes,  
tot nobiles, vniuersi denique quos hic video, velut in  
carcere aperto tenentur sine vinculis, solo Dei timore  
confixi, quod in tantam perseverant afflictione peniten-  
tia ultra virtutem humananam, supra naturam, contra  
consuetudinem: Ipsi credo, videtur, quanta iam possimus  
inuenire miracula, si perscrutari sigillatim liceret sin-  
gulorum exitum de Aegypto, & deserti viam, id est,  
ab renunciatione seculi, introitum monasterij, in mo-  
nasterio conuersationem. Quid vero sunt hac, nisi ma-  
nifesta inhabitantis in vobis Spiritus sancti argumenta?

12: Nam habitare in corpore animam probant vitales  
motus corporis: habitare in anima spiritum probat vi-  
ta spiritualis. Illud ex visu & auditu dignoscitur: istud  
ex charitate & humilitate ceteris virtutibus. Vestra  
est igitur, fratres charissimi, vestra est hodierna festi-  
tas. Vos dedicati estis Domino, vos elegit & assumpit in  
proprios. Tibi (inquit Propheta) derelictus est pauper,  
orphano tu eris adiutor. Quam bene commutatis, di-  
lectissimi, quicquid habere potuistis in seculo, quando  
nunc relinquendo ea, proprii estis meritis auctoris se-  
culi, & eum habere propriam possessionem, qui sine du-  
bio portio & hereditas est suorum. Neque enim, sicut  
dixerunt filii iniquitatis, beatus populus cui hec sunt,  
temporalia scilicet que premiserat, promptuaria eru-  
ctania ex hoc in illud, oves facta, & similia: non, in-  
quam, beatus populus cui haec sunt, sed beatus populus,  
cuius Dominus Deus eius. Vide ergo num dignum sit,  
ut felix agamus diem, quo nos assumpit in propriis,  
& investiuit se per ministeriales & vicarios suos: ut  
siat sicut iam olim promiserat: Ego, inquietus, in medio  
eorum ero eorum Deus: nos autem populus eius & oves  
pascue eius.

## MONITVM DVODECIMVM.

Certò tibi persuadeas, si seruaueris ea, quæ  
suprà recentiis, studia tua & omnes occu-  
pationes, etiam natura tua distractuas, studio-  
rum causa suscepas, non tantum non impedi-  
tur tuum in virtutibus progressum, immo &  
teneritudinem devotionis ac piorum affectuum,  
sed potius haec omnia in Collegiis magnum  
& solidius quam in Novitiatu incrementum in  
te habitura, duas ob causas: Primo, quia iste est  
Dei mos, vt praecellere scriptum reliquit S. P. 3. p. Cof.  
Ignatius: Quandiu aliquis arctius se Deo adstrinxerit, c. 1. §. 2.  
& liberaliorem erga summam Majestatem se prefite-  
rit, tandem eum in se liberaliorem experietur: & ipse in-  
dies magis idoneus erit, ad gratias & dona spiritualia  
superiora recipienda. Quod declarans subdit, Hoc  
illorum est, qui votis emissis Deo se dedicant. Tales  
autem sunt, qui peracto Tirocinij biennio, votis religiosis Societatis, Deo arctius adstricti, ad  
Collegia mittuntur, ideoque maiorem, quam  
in Novitiatu, sperare debent diuinorum auxi-  
liorum copiam (dummodò sibi non definet) quā  
omnes ijs experiuntur, qui religiosae vita fer-  
mentum in Novitiatu inchoatum, in Collegio con-  
seruant.

Secunda causa est, quia qui cooperantur Deo  
nos ad perfectionem euhendi, & se disponunt  
efficaci conatu ad recipienda eius bona maio-  
ra, abunde Deus illis ea largitur. Nam, vt ait S. In mort.  
Basilius, Qui grato animo in donis, quia a Deo primum Reg. 18.  
acepit, studiosus se ipsum exercuerit, ad laudem Dei, &  
idoneus efficitur, cui alia dentur præterea. Non patitur  
se vinci a nobis beneficia Dei scaturiens, vt lo-  
quitur S. Chrysostomus, sed, vt inquit S. Cala-  
rius, quantum nos addiderimus ad studium, tantum hom. ad  
ille apponet adiutorium: quantum nos apposuerimus ad  
diligent-

<sup>12.</sup> diligentiam, tantum ille addet ad gloriam. Atque ita bene docet S. Thomas: Quando homo facit quod in se est, Deo mouente liberum arbitrium, tunc preparatio hominis ad gratiam, habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur, non quidem coactio[n]is, sed infallibiliter: quia intentio Dei deficere non potest.

Quocirca si, vt dixi, seruaueris ea, qua suprā tibi commendau[i], intuitu votorum tuorum, & cooperationis ac dispositionis tuae, ab eius gratia venientis, excitata Diuina bonitas, non permettit per occupationes scholasticas extingui in te, vel minui, deuotionis affectus, & profectus in virtutibus, sed magis ac magis in dies augebit. Sicut enim Christi virtute, sacra olea verusta & non ita pura, vti alia profana, recentiora ac limpidiora, ex foro allata, & ex vase hausta nitidissimo, dum per Ministros Ecclesiae adhibentur, augent per se gratiam, & quandoque per accidens primam gratiam conferunt in Sacramentis, dum ad ea sine obice nouo, & bona fide accedunt aliqui postquam fecerunt, qua sciuerunt debere fieri (vt Theologi cum S. Thoma docent) ita Deus per gratiam vocationalis, quam Religiosi Ordinibus concedere solet, efficit, ne distractiæ alias, communes cum secularibus occupationes, à personis ei consecratis per vota religiosa suscep[er]e, oblitum spiritui, quin imò, & ob puram intentionem, cum quâ peraguntur, & ob laborum molestiâ, quæ ex Dei amore, in iis peragendis, hilari animo toleratur, Deus mouetur ad conferendam tantam Diuina suâ gratiæ copiam, quâ religiosi, cum incremento eruditio[n]is, magnâ virtutum ac deuotionis accessione cumulantur. Ne mihi quispiam dicat (inquit S. Chrysostomus) quid nequeat homo secularibus affixus & foro (idem autem iudicium est de libris & studiis) continuè per diem orare: potest enim, & quâ facilimè & affixus Tribunalib[us]: vbiunque sis, potes altare tuum constitutuere: si mentem tanquam seruente exhibeas, orationis perfectionem consummaueris, vbiunque sis, ora, templum

<sup>12.5. in  
c.1. Ioh.  
f.3. p.79.  
1. & q.  
10. 4. ad</sup>

<sup>1.5. 11.  
p. 79. ad  
p. 8.</sup>

<sup>p. Cof.  
1.5. 11.</sup>

<sup>es, ne locum queras. Non enim locum Deus veretur, sed unum exquirit seruidam mentem, & continentem animaliam. Docet hoc experientia quotidiana in plurimis: qui dum studia literarum tractant, modis à Societate prescriptis, & supra à me recentitis, sentiunt se in Collegiis multò magis esse deuotos, idque ordinarii & magis proficere in virtutibus heroicis, quam fuerint in Novitatu, etiam tunc, dum vel maximè seruebant, vel dum Exercitus spiritualibus ardenter ac diligenter vacabant. Et vt omittam minoris notę Fratres aut Patres, sufficiet nobis exemplum B. Aloysij Gonzagæ, & Ioannis Berchmans, qui iis temporibus quibus studiis literarum erant dediti, multos seruenterissimos Novitios, & profectu in virtutibus, & teneritudine solidæ deuotionis, superarunt. Testes sunt etiam illi Scholastici subditi P. Sylueria, qui in medio studio- Nic. Gorum cursu breui oratiunculâ, decies millies in die digl., Augustissime Trinitatis auxilium inuocabant: & inter c. 10. vitæ quo[rum] erant etiam, qui certas alias preces, percursis Rosarij globulis, toties recitabant. At inter hæc, literarum studia nec intermissa nec remissa, sed intensa potius & aucta. Talis & tu eris, si seruatum ab eis modum viuendi in Collegiis retinueris.</sup>

Propteræ, inquit S. Chrysostomus, Sancto- h. 11. ia rum vita & conuersationem prescriptam S. Spiritus Genes. tus gratia reliqui, vi discentes, quod licet eiusdem fuerint natura, virtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignavi & desides in iis exercendis: Et nos item si voluerimus, quod nostrum est facere, nihil prohibebit nos, eadem dona consequi. Liberalis enim Dominus. Ideo ergo nos ip[s]os exhibeamus, & seruanti alacritate, virtutem vel nunc saltem, apprehendamus, & affectio[n]es nostras corrigentes, efficiamus ut Spiritus sancti accommoda simus habitacula.

Quoniam verò studiorum tempore non tantum virtutis habenda est ratio, sed & magni in literis profectus, quibus mediis ac modis illæ quærendus sit, in alio Opusculo explicabitur, Domino adiuuante, si tam diu vixeris.